Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SIS

eum uino dormiamus quam cum eo ut
reseruare possimus ex patre nostro
semen. Dederunt itaque patri suo bi
bere uinum nocte illa. et ingressa
est maior et dormiuit cum patre suo
At ille non sensit. nec quando concubuit
filie. nec quando surrexit. Altera quoque
die dixit maior ad minorem. Ecce
dormiui heri cum patre meo. demus ei
bibere uinum in hac nocte etiam. et dor
mies tu cum eo ut saluemus semen
de patre nostro. Dederunt quoque etiam
et illa nocte patri uinum. Ingressa
que minor filia dormiuit cum eo. et nec
tunc quidem sensit quando concubuit
uel quando illa surrexit. Conceperunt ergo
due filie loth de patre suo. Peperit que
maior filium. et uocauit nomen eius
moab. Ipse est pater moabitarum
usque in hodiernum diem. Minor quoque
peperit filium. et uocauit nomen eius
ammon. id est filius populi mei. Ipse
est pater ammonitarum usque ho

Profectus. XX die
inde abraham in terram
australem. habitauit inter
cades et sur. et peregrinatus est. in ge
raris. Dixit que de sara uxore sua.
soror mea est. Misit ergo abyme
leth rex gerare et tulit eam. Venit
autem deus ad abymelech per somnium
nocte et ait illi. En morieris
propter mulierem quam tulisti. habet
enim uirum. Abymelech uero non te
tigerat eam. Et ait. Domine numquid
gentem ignorantem et iustam
interficies. Nonne ipse dixit mihi soror
mea est. et ipsa ait. frater meus est.
In simplicitate cordis mei. et in mundi
cia manuum mearum feci hoc. Dixit
que ad eum dominus deus. Et ego scio
quod simplici corde feceris. et ideo cus
todiui te ne peccares in me. et non
dimisi ut tangeres eam. Nunc igitur
redde uxorem uiro suo. quia propheta
est. et ipse orabit pro te et uiues. Si
autem reddere nolueris. scito quod morte
morieris. tu et omnia que tua sunt
Statimque de nocte consurgens aby
melech. uocauit omnes seruos suos et
locutus est eis uniuersa uerba hec in au
res eorum. Timuerunt que omnes
uiri ualde. Vocauit autem abyme
lech. et dixit ei. Quid fecisti nobis. Quid
peccauimus in te. quia induxisti super
me et super regnum meum peccatum
grande. Que non debuisti facere fecisti
nobis. Eursum que expostulans ait
Quid uidisti ut hoc faceres. Respondit
abraham. Cogitaui mecum dicens.
forsitan non est timor dei in loco isto. et
interficient me propter uxorem meam.
alias autem. et uere soror mea est.
filia patris mei. et non filia matris
mee. et duxi eam in uxorem. Post
quam autem. eduxit me deus de do
mo patris mei dixi ad eam. Hanc
misericordiam facies mecum in omni loco.
ad quem ingrediemur. dices que quod
frater tuus sim. Tulit igitur abyme
lech oues et boues. et seruos et ancillas
et dedit abraham. reddidit que illi saram
uxorem suam. et ait. Terra coram
uobis est. ubicumque tibi placuerit ha
bita. Sare autem dixit. Ecce mille ar
genteos dedi fratri tuo. hoc erit tibi in ue
lamen oculorum. ad omnes qui tecum
sunt. et quocumque perexeris memento
te deprehensam. Orante autem abraham.
sanauit deus abymelech. et uxorem

15